



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

7. Cessante causa exemptionis, an cesset exemptio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

tionem, cum gesta per legatum revocatum subsistant? qua de re videtur poterit Abbas cap. excommunicatis num. 3. cum Apost. verb. revocatus de offic. leg. Fel. cap. ceterum n. 11. de rescript. Doct. Gondulani de Villadiego tract. de Legato part. 1. quæst. 16. num. 1. & seqq.

QUESTIO VII.

Cessante causa Exemptionis an cesset Exemptio.

SUMMARIUM.

1. Mens privilegiantis semper consideranda.
2. Duplex est causa.
3. In dubio præsumitur causa impulsiva.
4. Requiritur sententia declaratoria cessationis privilegii.

Præmitto, mentem & intentionem privilegiantis imprimis & antè omnia semper esse considerandam. late Rom. cons. 29. num. 1. per ea, quanto c. porro c. receptimus de privileg. Idque etiam si verba privilegii offendi deberent, & scire oportet §. sufficit de excus. tutor. l. credendum ff. qui per. tut. Rom. cons. 180. n. 10. alioquin certe à verbis privilegii nunquam venit recedendum. cap. sanè d. cap. porro de privi. l. aliter de leg. 3. Franc. cap. 1. §. ex parte n. 2. de concess. præb. in 6.

Præmitto secundò, duplicem esse causam impulsivam & finalem, illa est quæ concedentem impulit, hæc autem sine qua Princeps non erat privilegium concessurus. Præmissis tract. de collatio. par. 2. q. 1. n. 2. late Nevisan. in Silva nuptiali lib. 1. n. 199. & seq. Gigas de Pensionib. quæst. 22. num. 1. & seqq. D. D. cap. cum cessante de appellat. Spi. de instr. edic. §. nunc autem nu. 7. versum quod fuit ob causam concessum. Itaque concludo, cessante causa finali exemptionis, cessare exemptionem, sive Tiraguel. tract. de cessante causa par. 1. n. 210. late Dyn. cap. decet. de reg. iur. in 6. cum Apost. l. iura §. usurari de leg. 2. Rom. cons. 180. n. 7. Ripa de peste us. de privileg. ultim. volunt. n. 30. Bald. l. generaliter col. 3. vers. Secundo oppono C. de Episcop. & Cleric. Barb. d. §. usurari. Spec. ubi supra. Præmissis in locis legalibus loco à cessante ratione per tot. Secus si sublata sit tantum causa impulsiva l. 2. §. ult. cum l. seq. ff. de donat. Dyn. d. cap. decet. in fine. Porro, si causa finalis sit quidem sublata, remaneant vero quædam illius reliquæ, perinde est ac si adhuc integri è subsisteret, quemadmodum actio turpis non instituitur in eam quæ uxor esse desit, idque in honorem præcedentis matrimonii l. 2. §. 3. ff. de mor. latius Dynus exemplificat. d. ca. de. et.

Utra in dubio causarum præsumatur, dicendum quod impulsiva: proinde qui causam finalem allegat, eam specificè probare debet. Dyn. d. cap. decet. in fine ubi longa Apost.

Apost. in verb. impulsiva. Vincent. Carocius sing. 561. Cognoscitur autem causa finalis privilegii ex illius proemio sive præfatione, quæ proinde est diligenter perscrutanda. l. 1. ff. de orig. jur. ubi DD. l. fin. ff. de hered. inst. Barth. l. cum his ff. de transact. Anton. de Prati tract. de iurisd. Episcopi cap. 4. n. 1.

Illud autem hoc in tractatu non est omitendum, cum cessante causa privilegii, cessat privilegium, quod requiritur sententia rescissoria seu declaratoria. Bald. cap. decem in add. Jo. Andr. Et ibi expresse Franc. de Reg. juris in 6. Et in cap. cum secundum de hereticis in 6. Tirac. tract. cessante causa par. 1. n. 220. Et in rep. l. si unquam in verb. reversionur n. 398. C. de Revoc. donat. qua dere etiam infra eodem libro q. 31.

QVÆSTIO VIII.

Sublata Exemptione aliquorum, an etiam censeatur sublata aliorum, qui in ea participabant.

Questionis hujus decisio pendet ex eis, quæ superius in eadem materia attulimus lib. 1. quest. 17. num. 18. ad quæ lectorem ne superfluitate nimia sumus oneri, remittimus.

QVÆSTIO IX.

An & quando censeatur revocata per hanc vulgarem clausulam, Non obstan. Privilegiis, Exemptionibus, &c.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Generalis derogatio Exemptionum non comprehendit scriptas in corpore iuris.</p> <p>2. Princeps non presumitur uno verbo tollere iura tot vigiliis promulgata.</p> <p>3. Cautela est, ut privilegia inserantur libris statutorum.</p> <p>4. Exemptio quam Princeps probabiliter ignorat, non tollitur contraria dispositione.</p> | <p>5. Exemptiones tolluntur speciali derogatione.</p> <p>6. 8. Quid si contineant clausulam derogatoriam derogatoria.</p> <p>7. Vis clausule quorum tenores habentur pro expressis.</p> <p>9. Ad derogationem sufficit si constet de mente Principis.</p> <p>10. Privilegium pluries confirmatum difficilius tollitur.</p> |
|--|--|

DE vi & energia hujus clausule varii varia scripserunt, ut passim ex Doctorum scriptis fit manifestum. Felm. cap. accedentes num. 4. de prescript. Guido tract.